



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Recollectio Spiritvalis

Masen, Jacob

Coloniae Agrippinae, 1691

De Dvplici Examine Conscientiæ, Et Confessione Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60213)



DE DVPLICI EXAMINE
CONSCIENTIÆ, ET CONFES-
SIONE GENERALI.

*Examen
conscien-
tia duplex
particula-
re & gene-
rale est.*

*Facit ad
extirpan-
da vitia.*

Deut. 7.

Postquam fundamentum vitæ spiritua-
lis proposuisset D. JGNATIUS, du-
plicis *Examinis* conscientie rationem
commendavit : *particularis*, quod ad singu-
laris alicujus delicti emendationem institua-
tur: & *generalis*, quod ad omnium delicto-
rum purgationem adhibetur. Et jure :
nam ut Paulus monet : *si nos ipsos dijudica-
remus, non utique judicaremur.* Ut illi, qui
hostem expugnare contendunt, nunc singu-
latim quosdam ab exercitu sejunctos; nunc
universim omnes impetunt, ita adversus vitia
pugnaturum faciendum. Sic Israelitis Deut. 7.
dictum : *Deus consumet nationes has in con-
spectu tuo paulatim, atque per partes, non po-
teris eas delere pariter.* Rursum ut contra
potentem hostem semper in excubiis stan-
dum est : ita in pugna spirituali semper vi-
gilandum, quia *adversarius noster Diabo-
lus*

luc
stru
sim
per
cu
in
rit
tul
le
pra
qu
res
no
del
br
tic
ne
ap
re,
ra
ra
lit
ph
rib
fit
ex
luc

luscircuit quarens quem devoret. Quare *ju-*
stus etiam si *septies* aliquando in die cadat ;
 simul tamen eadem die per poenitentiam , su-
 per expensa scelera institutam, *resurget.* Qui-
 cunque igitur , & debellare vitia , & virtutes
 in se tueri decrevit , nisi his armis usus fue-
 rit, nihi obtinebit. Et sanè pudor sit , tan-
 tum pro salute sua præstare quempiam nol-
 le , quantum mercator lucri gratia indies
 præstat , qui nisi expensarum acceptorum-
 que rationem ineat , frequentique examine
 res suas ponderet , extra jacturæ periculum
 non subsistet. Nec sanè Confessionem suorum
 delictorum, ut par est, facile instituet, in cre-
 bris peccandi occasionibus constitutus, qui ra-
 tiones quotidianas conscientiae explorandæ
 neglexerit ; cùm necessarium sit, multorum
 apud illum memoriam delictorum evanesce-
 re, quorum difficile coram Deo iudice igno-
 rantiam sit excusaturus. Utriusque ergo cu-
 ram examinis multis necessitas ; aliis etiam uti-
 litas persuadebit.

Prov. 24.
v. 26.

Et ad Con-
 fessionem
 melius in-
 stituendâ.

DE EXAMINE PARTICULARI.

CASSIANUS jam olim in suis Asceticis
Coll 5.c.14. hoc examen laudavit, & Pro-
 pheta Daniel usurpavit, qui *tribus diei tempo-*
ribus flebat genua sua , & adorabat , con-
 fitebaturque coram Deo suo. Nihil enim hoc
 examen aliud est , quàm confessio quædam
 delicti

Dan 6. 10.

Examen

*particula.
riter de die
instituen-
dum.*

*Pl. 54. v.
18.*

*Collatio tē-
poris ad
profectum
facit.*

*Et virtutū
studio ser-
vis.*

delicti coram Deo, cum peccatorum dolore,
& proposito emendationis quotidie facta.
Quod idem Davidi familiare fuisse videtur,
qui Deo promittit: *Vespere, & mane, & meri-
die narrabo, & exaudies vocem meam.* Ad
quorum imitationem D. IGNATIUS ter de
die, hoc est mane, meridie, & vesperi hoc Ex-
amen institui cupiebat; eâ lege, ut per heb-
domadem geminis indies lineis notaretur
per inscripta signa. Lapsus ante meridiem
in una, post meridiem in linea altera,
& observaretur, dierum & hebdoma-
darum inter se facta collatione: num-
errata quotidie sensim deficerent: lineis ic-
circo etiam in triangulum ex basi latiore
deficientibus. Quod Examen si quis in vir-
tutum quoque singulari studio vellet insti-
tuere, fas esset, ut lineæ, contra quam, in vi-
tiis extirpandis, à minoribus ad grandio-
res, pro notis pluribus excreverent.
Quod docebunt sequentes
tabulæ.



Tabu-